

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Venerando uiro D. Georgio Buchholzer

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

rifaica odia nouimus. Aduersatura igitur esse Senatuui Brandenburgēsi metuo. Sed experiamur sanē, quid impetrari possit. Si aduersabitur, Goslaria petatur. Significabis igitur senatoribus, ut rursus ad me nuncium mittant. Bene & feliciter uale. Die 22 Februarij.

Venerando uiro D. Georgio  
Buchholzer

S. D. Venerande domine Præposite: Gratias ago uobis pro pietate uestra, quam etiam Deo gratam esse spero, ut in Psalmo dicitur: Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Intelleximus uicinorum Lusatiorum apparatus, & ex alijs. Que autem præsidia opponat præfecti, nescio. Ego Deum æternum patrem Domini nostri Iesu Christi oro, ut pœnæ mitiget. Video enim impendēre pœnas. Sed tamen Imperator nec patriæ nec Ecclesiæ bene consuluit, moto hoc bello. Nam etiamsi uincet, maiores erunt Imperij et Ecclesiæ confusiones: quas utinam Deus mitiget. Sum tranquillore animo: quia mihi concius sum, me in magna caligine opinionū ueritatē sincero animo quasiuisse, nec opes nec potentiā uenatum esse. Credo etiam Deum exauditurū esse gemitus nostros. Bene ualete. Nuncio solui, ut in charta scripsi, quam huic epistolæ inserui. Iterum ualete, 25 Septembris, Anno 1546.

A 4 Reue-